

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Concl. III. Ad licitam receptionem Sacramenti requiritur dispositio ad effectum gratiæ, aliàs peccatur sacrilegio mortali, nisi necessitas excuset.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

CONCLUSIO III.

Ad licitam receptionem Sacra-
menti requiritur dispositio
ad effectum gratiae, alias
peccatur sacrilegio mortali,
nisi necessitas excusat.

Quoniam dispositio requiratur ad ef-
fectum gratiae, sat dictum arbitror
sect. 5. per totam. Intelligo autem per
effectum gratiae, vel latenter minimam gratia-
tiam habitualem. Quis enim, amabo, con-
demnat aliquem peccati mortalitatem, quia de-
fectus perfectissima dispositionis non acce-
pit perfectissimam gratiam? Aut quis sine
temeritate affirmare potest, dispositum alio-
quin ad effectum primarium, ex eo praeceps
graviter peccare, qui ponit obicem ad
effectum secundarium, v. g. ad remissionem
peccati venialis per Baptismum, & conse-
quenter ad remissionem peccata correspondens? Idem est de illo, qui gratias actualibus
ponit obstatulum, incidens post summationem Sacramenti in mortale. Quare putas,
nisi quia achue vera manet significatio Sa-
cramentum? Etiannum dubitas?

Planè, inquis: quoniam ex parte saltem
falsificatur significatio; & alioquin cur pec-
cat graviter, qui suscipit Sacramentum in-
dispositus ad characterem, cum & hic so-
lum sit effectus secundarius? vel si est pri-
marius, etiam sic in ipso solo salvabitur
veritas Sacramenti. Quid ad hæc?

Viderint illi, qui assertunt characterem
effectum primarium: mihi res facilis est;
nam qui est indispositus ad characterem,
effectus licet secundarium, necessario est
similis indispositus ad effectum primarium,
imo & ad ipsam substantiam Sacramenti.
Queris, unde sciam? Quia nequit Sacra-
mentum esse validum, & characterem non
imprimere: unde talis finge sive invalidat
Sacramentum, quod non potest non esse
grave sacrilegium, ut patet in ministro de-
fectu materiae, formæ vel intentionis inva-
lide ministrante.

Ceterum sicuti Sacerdos incurrit reatum
mortalis sacrilegij non tantum si baptizet
invalidè, verum etiam si solum indignè,
v. g. existens in malo statu: consummiter
(no dicam amplius) peccat, qui indignè
Baptismum suscipit, privans utique Sacra-
mentum sine sive effectu suo principi,
ad quem significandum est institutum, sci-

licet gratiæ sanctificante (quod non facit
qui indignè baptizat alioquin dignum) &
per consequens falsificans significacionem
Sacramenti, utpote principaliter instituti
ad significandam practicè gratiam & sancti-
tatem; quam tamen in eo casu non signi-
ficat, propter obicem & indispositionem
subjecti.

Objicies: Sacramentum solum significat
conferri gratiam non ponentibus obicem;
ergo non redditur falsa significatio per po-
sitionem obicis. Respondeo. Sacramentum
ex institutione sua indefinibile significare,
gratiam conferri omni suscipienti, quam
significationem suo modo falsificat qui po-
nit obicem gratiae, hoc est, impedit ne hæc
& nunc Sacramentum absolute significet
id, ad quod principaliter significandum à
Christo est institutum; adeoque quantum
est in se facit, ut Deus significet falsum, sive
potius; ut Deus in illis circumstantijs per
suum Sacramentum non possit significare
actuslemanitatem, per quam homo actu
sanctificetur, & Deo quasi consecratur. Et
hæc, communis totius Ecclesie judicio, cen-
setur gravis irreverentia. Sicuti qui falsum
jurat, quamvis non faciat quod Deus re-
vera affirmet falsum, facit tamen quantum
est in se, ut id appareat, & ideo semper pec-
cat mortali sacrilegio; etiam in minima
materia, materialiter spectata; quod addo,
quia juramentum, cui dicitur veritas pafens,
semper habet materiam formaliter gravem.

Si insles Baptismum conferre gratiam
ablatu obice. Respondeo, illam non signi-
ficare nisi secundariò. Unde sicuti reddi-
tur falsa conformatio alicuius materiae, que
pro nunc incapax est, licet postea redditur
tipax: & sicut qui vorit castitatem, & in-
penam violationis voti, jejunium; licet
jejunet, nihilominus manet infractor voti;
sic etiam falsificator est Sacramenti, qui pro
nunc quando conformatur, impedit ejus ef-
fectum, quamvis postea sublatu obice eum
recipiat.

Profecto esti malitia indignæ susceptio-
nis non sufficienter haberetur ex jure na-
turali seu connaturali gratiae, credeadum
equidem foret non deesse præceptum po-
sitivum Christi, cum certum sit esse aliquod
præceptum, & quidem graviter obligans,
nisi (ut dicitur in conclusione) necessitas
excusat. Casus sit, si sacra hostig concul-
canda ab infidelibus non possent occi-
cari, aut præfervari à dehonoratione,
nisi statim sumerentur ab unico, qui ad eis
peccatore; qui ob perturbationem animi &
perturbationem temporis non posset se ad statum
gratiae disponere: si enim is alioquin, cum
reverentia

Responsio
ad objec-
tionem, quæ
Sacramen-
tum solum
significat
conferri
gratiam nō
ponentibus
obicem.

Baptismus
conferens
gratiam ab-
latu obice,
non signi-
cat illam ni-
si secunda-
rio.

Etiam si ma-
litia indig-
na suscep-
tio non
haberetur
sufficiens
ex jure na-
turali; ce-
dendum
equidem fo-
rer, non de-
esse præcep-
tum posi-
tivum Christi.

Causa ubi
necessitas
excusat ab
irreverentia

reverentia eas sumeret, non censeretur in illis circumstantijs facere injuriam Sacramento, sed potius reverentiaz ejusdem consulere.

Quemadmodum licet Eucharistia non possit iordidis manibus tractari, si tamen id fieret in simili eventu; quis sapiens, & dicat: amice, quare hoc facis? Circumstantiae quippe mutant morale iudicium, adeo ut quod per se loquendo esset contra, in illis sit secundum reverentiam; veluti si ambulans per plateas pedibus conculcante sceptrum, coronam, purporam aut sigillum regium, omnes una voce clamarent me reum laesae Majestatis. Fugio hostem capitalem, ne quo mortem evadere, nisi pedibus conculcem sceptrum &c. conculco, & nemo loquitur.

55. Sed contra: 1. Cor. 11. v. 29. Qui man-
z. Cor. 11. ducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat
& bibit &c. qui peccator, etiam in illa
occurrentia, manducat indignè; ergo &c.
Probo minorem, quæ sola potest negari:
quia reddit significationem Sacramenti fal-
sam non minus, quam in alijs circumstantijs,
quæ falsa significatio est fundamentum ir-
reverentia, & consequenter malitia, quæ
reperitur in indigna Sacramenti susceptione.
Igitur sicuti ob nullam prorsus caulam, sive
mortem evadendam, sive irreverentiam
evitandam, alia Sacramento aut alteri rei
sacra inferendam, licet falsum jurare (quo
simili supra tui fuimus ad offendendam ma-
litiam indignæ susceptionis) ita quoque
semper illicitum erit falsificare Sacramenti
significationem, impediendo effectum gra-
tiae.

56. *Repositio* nihilo minus negando minorem. Ad probationem dico, falsam significationem Sacramenti non ita intrinsecus esse malum, quemadmodum falsum iuramentum; neque oportet similitudinem currere quatuor pedibus, ut communiter loquamur. In eo itaque convenienter (ut supra dixi) indigna suscepimus Sacramenti & falsum iuramentum, quod homo, quantum in se est, faciat; ut appareat Deum significare & affirmare falsum. In hoc autem discrepan, quod per iuramentum falsum quasi destruatur & asecuratur a Deo prima veritas in dicendo; finis siquidem iuramenti intrinsecus est, confirmatio veritatis per testimonium Dei, tanquam prima veritatis; perjurium vero directe nititur facere illud confirmatorium falsitatis, quod cedit in summam Dei injuriam, & continet necessariam irreverentiam.

Porro indigna susceptio Sacramenti nullum propriè destruit vel aufert attributum

divinum; quod enim illud esset? Certe ~~ne~~ veritas in dicendo; quia hæc est conformitas dicti cum suo significato, qua quidem tollitur per falsum juramentum; quippe adducitur Deus tanquam asserens falsum provero: at vero indignè suscipiens Sacramentum, nec ipse propriè mentitur, multò minùs facit Deum Auctorem mendacij, cùm suscipiens non sustineat personam Dei, sed potius minister. Non etiam veritas in faciendo, sive fidelitas, quia Deus solùm promisit gratiam Sacramentalem subiecto legitimè disposito: & ita discurre de reliquis attributis.

Quando ergo supra dixi, indignè suscipientem quantum in se est, facere, ut appearat Deum significare falsum, hoc non est intelligendum, quasi Deus per quodlibet Sacramentum hīc & nunc significet suam mentem, quam habet circa effectum conferendum vel non conferendum; contrarium enim per se pater; sic quippe continuo loqueretur Deus hominibus per sua Sacra menta, qua tamen non sunt ordinata tanquam signa mentis divinae, quod requiritur ad locutionem; sed tanquam signa gratiae ad salutem hominis viatoris. Facere ergo, ut appearat Deum significare falsum, non est aliud, quam efficerre, ut signum à Deo institutum, non ad suam mentem significandam, sed ad significandam efficaciter gratiam, careat suo effectu, quem alias ex ipsius suae significacionis haberet, quod est contra reverentiam debitam tali signo & Auctori ipsius; qua tamen irreverentia cessit, quando tales circumstantiae occurserunt, in quibus hac irreverentia necessaria est ad aliam maiorem evitandam, ut in causa supra posito, in quo & eadem & alia multò gravior imminet Sacramento. Unde tunc frustratio effectus Sacramentalis potius reverentia, quam irreverentia dicenda est; ita namque iudicant prudentes, à quorum iudicio multū pendet, an hīc & nunc aliquid sit cultus aut honor, vel potius dehonorio.

Nec enim illa frustrato effectus tanti
astimatur, quin species Sacramentales, quando sine horrore sumi non possunt, hinc
comburantur; aut certe, secundum Ruber.^{Mofid}
cas Missalis Romani, e*atque separantur, & in* Rum.
aliquo loco sacro reponantur, donec corrumpanter,
Tit. de defect. c. 10. n. 14. Cur ergo pec-
cator in aliquo casu non possit eas con-
sumere sine effectu, sicuti ab igne confu-
muntur?

Vasquez in 3. partem to. 3. disp. 207.
c. 1. n. 3. (quem sequitur Lugo disp. 9.
n. 8.) Si quis (inquit) in altari recordaretur
alicujus eradicare, qu-

Sect. 8. De Suscipiente Sacrament. Concl. 3. 225

recordare
tur in altari
committi
mortalis
peccati.

alicujus peccati commissi post confessio-
nem, cuius illuc usque nullam neque in
universum habuisset contritionem, quia
fortassis nunquam putavit esse mortale;

tunc autem jam vider, aut vehementer du-
bitat esse mortale, ita posset temporis an-
gustijs arctari, alijque necessarijs ipsius
Sacrificij distrahi (quamquam raro id
accidere potest) ut nisi ab eo cessaret,
nullo modo ad perfectam contritionem,

aut alium quemlibet actum supernaturalem
excitari posset: ac prouide tunc ad Sa-
cramentum in illo peccato mortali acce-
dere, ad novum peccatum mortale ipsi
non imputaretur: quia hoc præceptum

non obligat cum tanto dispendo, ut de-
beat homo coram toto populo à sacrificio
cum nota sui honoris cessare potius, quam
ad Sacramentum cum illo peccato acce-
dere. Hæc ille. Verè an falso, libenter
dico, quām dico.

Allius casus
Vasquez.

Equidem non dubito de veritate casū,
quem ibidem subtexit Vasquez, dicens: Quemadmodū etiam si quis sciret, se
in mortali esse, & tamen necessarium esset
ita subito ministrare Baptismum parvulo
propter instans periculum mortis, ut ad
dolorem perfectum de illo peccato le ipsum
movere non posset, excusatetur ab irrever-
entia Sacramenti propter instans periculum
parvuli, & ut obligationi charitatis satisfa-
ceret. Ita p̄fatus Auctor.

Disparitas
inter illos
casus.

Sed tu, Lector, adverte in hoc casu
Sacramentum non frustrari suo effectu,
veluti in casu p̄cedenti frustratur. Porro
alia, & indubie major irreverentia est, ad-
ministratio Sacramenti in malo statu cum
certa frustratione effectus, quām adminis-
tratio Sacramenti in malo statu cum certo
effectu. Insuper periculum quasi intrinse-
cum & per se aeternæ damnationis parvuli
incomparabiliter majus est periculum quasi
extrinseco & per accidentem infamia celebran-
tis. Quæ ergo convenit unius casus
ad alium? Sat⁹ exigua.

59. Interim tamen si occurreret casus (qui vix
occurrit potest) quo homo peccator non
posset se ad contritionem vel attritionem
excitare, & aliunde vel moriendum ei so-
ret, vel suscipiendum Sacramentum, putas
quia non excusatetur ab irreverentia Sacra-
menti propter instans periculum aeternæ
damnationis?

Quidni, inquis, p̄tem? Etenim ob nul-
lam causam licet mentiri; ergo ob nullam
causam licet recipere Sacramentum cum
certa frustratione effectus.

Respondet negando consequentiam;
quoniam h̄c receptio non est propriè men-

non est m-
daciun.

dacum, hoc est locutio contra mentem: si
quidem Sacramentum non est institutum

ad significandum conceptum suscipientis,

sed ad significandam & cauſandam gratiam.

Dices: saltem est falsi significatio, qualis
non est combustio aut alijs simili corruptio
Eucharistiae. Transeat totum. Sed quid
tum? Quippe falsa illa significatio est p̄r
ter intentionem ejus, qui sic suscipit Sacra-
mentum. Unde autem convincitur, quod
hujusmodi falsitas non possit excusari à pec-
cato, saltem à mortali sacrilegio?

Nonne & ille, qui Sacramentum mini-
strat indigno, aliquo modo falso significat,
id est, facit ut v.g. haec hostia sacra non
cauet gratiam sanctificantem, quam alio-
quin cauſasset, si eam dedisset digno? Et
tamen hoc licet in aliquo casu. Sufficiat
isti pro prima conditio neccesaria ad lici-
tam receptionem Sacramenti.

De secunda queritur, an licet suscipere
Sacramentum à ministro indigno? Et quia
indignitas multiplex est, una juris quasi na-
turalis, qua oritur ex statu peccati morta-
lis; altera vero juris positivi, quo alicui pro-
hibetur ministerium huius vel illius Sacra-
menti; hinc responsio indiget pluribus con-
clusionibus, quas suo ordine h̄c subjungo.

CONCLUSIO IV.

Licitè petitur Sacramentum à
quolibet suâ culpa indignè
ministraturo, modò id lue-
deat notabilis utilitas.

Suppono suscipientem non teneri in-
quirere dignitatem ministri; ubi enim
talis obligatio imponitur? Certè difficultis
ſepe, imo injuriaſa eſſet; nemo quippe p̄-
ſumitur malus niſi probetur, & in dubio
non est p̄fumendum delictum. Unde li-
citus eſt communiter suscipere & petere
Sacramentum à ministro, quando moraliter
non conſtat ipſum indignè ministraturum;
adeo ut si quis videret Sacerdotem statim
peccantem, poſset ab eo petere Sacra-
mentum, eſto non sit paratus, neque obligetur
ex officio ministrare; quia sperare potest &
debet p̄viam diſpositionem ad dignam
ministracionem per contritionem aut con-
fessionem, niſi forte publicum ſit illum eſſe
in diuturna conſuetudine peccandi ac pro-
ximis peccati occaſionibus, retinendo v.g.
apud ſe concubinam. Hæc eſt communis
ſententia, teſte Dicastilione disp. 3. n. 302. *Dicafilia*
ſicuti & iſla conclusio communis eſt, ut
ibidem

Licet sit
falsa signifi-
catio, potest
tamen ex-
cufari à
peccato.

Multiplex
indignitas
ministrat.

Suscipiens
non tenet
inquirere
dignitatem
ministri.

60.

Indigna
percepio
Sacramenti